



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

31 Translationes Episcoporum, antiquæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

non hūc propriè pertinet, sed partim ad com-
 mendationem dūtaxat aliquam nihil iuris tri-
 buentem, partim ad singulare quoddā prero-
 gatiuē diuinitus concessē priuilegium; non he-
 reditario vel sanguinis vllō iure, vel ad gratifi-
 candum personæ, sed ad vtilitatē ecclesiæ maio-
 rem. qualia tibi suppeditat exēpla Gratianus 8.
 q.1. Migrationes item atque translationes Epi-
 scoporum sepius in ecclesia primæua sunt visa,
 nunc ausu temerario sua spōte migrantiū, nunc
 etiam legitima simul auctoritate frequenter in-
 teruenientē translatorum; sicuti D. ipse Petrus
 Antiochia relicta, Romam diuino nutu migra-
 uit. c. mutationes Episcoporum. 7. q. 1. propter
 maiorem ecclesiæ vtilitatē. Sed Permutationis
 beneficialis exēpla nullis in antiquis aut cano-
 nibus aut historiis ecclesiasticis reperiuntur: a-
 deò vt nec apud Isidorum, nec apud Burchar-
 dum, nec apud Iuonē, nec apud ipsum quidem
 nouissimum decretorum collectorem Grati-
 anum, vlla prorsus extet permutationis benefi-
 cialis mērio. falliturq̄. Duarenus ac fallit lecto-
 rem libro suo de sacris ecclesiæ ministeriis ac
 beneficiis 8. c. 3. dum permutationis beneficia
 prohibita ius ex Cōcilio Chalcedonēsi fru-
 stra repetit. noua scilicet posteritatis nouē sem-
 perq̄; magis ac magis inolefcentis audacia, no-
 uum peperit hoc permutationū beneficialium
 ius, nouas praxes, nouos quēstionū intricatissi-
 marum Labyrinthos. nominat quidem Grati-
 anus vno tantū loco permutationes vel cōmu-
 tationes monasteriorū c. nemini regū. 16. q. 7.
 sed

31
*Translatio-
 nes Episco-
 porum anti-
 que.*

32
*Permutatio-
 nem benefi-
 cialium nulla
 inueniri exē-
 pla antiqua.*

33
*Permutatio-
 nes Ecclesia-
 rum.*